Idem transfudit ius suum sup eundem Kamyenisky

Castrensi Premisliensi citare permiserit et permiserit [illegible] omissa quamvis
Iurisdictione competenti foroque proprio et in illo iudicio seu officio ad quod citatus
fuerit et successores fuerint in primo citationis termino tamquam peremptorio da-
re parere et ad proximo vacante seu vadiis a iudicio seu officio non recede-
re sed facere debeant et eius successores tenebuntur sub simili et speciali
vadio vigenti florenorum pecunie millesimo in hoc eradicandi iuris remedio
tamen presentium primum peremptorium et alios subsequentes nulla
re exquisita nec collore excogitato neque indulto neque extendendo
differendo prolongandi atque se excipiendi evasionibus prescriptionibus
absque inscriptionis mala citatione et intempestiva possessione citationis
mala in lucro congruentie malo processu iuris non prosequutione actio-
nis infra annum et sex septimanas ignorantia citationis ante termi-
num [illegible] nullis modis vis collocibus dilationibus deinde dari solliciti
actionesque pro maiori vera vel simplici infirmitatibus aura pe-
stiferam [illegible] bello expeditione bellica in cursu hostium
contentione [illegible] vel particulari absentia a regno Sternitio
Reipublice et Sacri Regii Maiestatis statuto novo vel veteri
et aliis quibuscumque legalibus impedimentis non utendi abrenuntiavit
se et suos posteros illa clausula quod non feci evadendi vadium et
vadia luita pena trium marcarum et tripleci pena facta et volo fa-
cere ad mortificationem presentis inscriptionis dilationem non petendi ne-
que statuto illo utendi quo cautum est quod nemo tenetur respondere super
citationem actoris nisi viso mandato aut eius relatione de possessione citationis
a decretis quibusvis tam in actessorio quam in principali negotio et
in omni gradu iuris usque ad finalem decisionem latam et factam nullas
motiones et appellationes faciendi ad easque prosequendi tam in dominium offi-
cium quam et partem ad actionibus quibusvis non adcitandi porro etiam
se et suos successores abrenuntiavit sublatione bannitionis si ipsum
aut eius successores incidant apud sacrum Regiam expedien-
dum et adcitationem ad illa prerogandum ita tamen quod specialitas non
debet derogare qualitati et e converso qualitas specialitati
sed quicquid obmisit specialitas hoc totum concludere debet et con-
cludit qualitas et e contra poteritque et potens erit idem Leon-
gius Romyenski cum sua posteritate eundem Blazowski et eius suc-
cessores in eodem termino primo in lucro congruentie et ulteriore pres-
sentis iuris facere non obstantibus quibusvis allegationibus dilationibus
controversiis et exceptionibus tam motionibus et appellationibus ea-
rumque prosequutionibus per ipsum Blazowski aut eius successores per
amicum aut procuratorem factis qualiter quicquid ipse Blazowski
cum suis successoribus in auxilium contra presentem inscriptionem et eius defec-
tum receperit et receperit eo toto causa sua pro et amittendo
debet et debent utique solutionem presentis vadii et vadiorum quo
vel quibus solutis utique presenti inscriptionem et omnibus in ea con-
tentis in toto et in parte ipse Blazowski cum suis successoribus sa-
tisfacere totiens quotiens necessarium fuerit tenebitur et tenebunt.

Nulla prescriptione terrestri diuturnitate tam diuturnitatemque quamvis in premissis
obstare super quo memoriale solutum est officio presenti

Acta in Castro Premisliensi feria secunda ante festum Puri-
ficationis Gloriose Virginis Marie proxima anno
domini Millesimo Quingentesimo sexagesimo nono coram officio

31/I

Thathumier ttz Zarembowski

Comparens personaliter coram officio surrogatoriali Castrensi Premisliensi
et actis presentibus nobilis Petrus Thathumyer in villis Zarzecze et Vro-
zeches recedens a iure suo terrestri foroque competenti et huic presenti iurisdictioni
Castrensi Premisliensi se et suos successores cum bonis suis omnibus in toto quo ad
actum effectumque presentis inscriptionis incorporandi ac iniscerandi mente et cor-
pore sanus exactis publice palam prius et ingenue fassus est se et
suos successores de omnibus bonis suis hereditariis et obligatoriis
mobilibus et immobilibus per eum ubicumque habitis et habendis teneri et
esse debitum certi veri liquidi mutui atque essentialiter debiti am-
bratque pecunie ducentos et quinquaginta florenos pecunie non et
nunc polonicalis quemlibet in florenum per triginta grossos polonicalis com-
putatum nobili Laurentio Zarembowski et eius successoribus quos
quidem ducentos et quinquaginta florenos pecunie more polonicalis
idem Petrus Thathumyer se et suos successores super bonis suis omnibus he-
reditariis et obligatoriis mobilibus et immobilibus inscribit et obligat
eidem Laurentio Zarembowski et eius successoribus dare solvere totaliter
et in effectu complere ac hic in Castro Premisliensi coram officio et
actis presentibus reponere hinc pro die et festo Purificationis Gloriose
Virginis Marie proximo venturo in anno domini Millesimo Quin-
gentesimo Septuagesimo sub vadio simili summe ducentorum quin-
quaginta florenorum pecunie casu vero quod si et in quantum prestatus
Petrus Thathumyer cum suis successoribus prestatus ducentos et quin-
quaginta florenos pecunie more polonicali eidem Laurentio Zarembowski et
eius successoribus pro die et tempore prestato non solverit aut solvere neglexerit
extunc vadium simili summe ducentorum et quinquaginta florenorum
pecunie eidem Laurentio Zarembowski et eius successoribus ad solvendum irre-
missibiliter et defecto succumbet quod vadium taliter succumbentium convertitur
debet et convertitur in summam capitalem et essentiale debitum utique quan-
tum florenorum pecunie hoc vadium cum summa essentiali iunctum
debet se extendi super omnia bona hereditaria et obligatoria mobilia
et immobilia ipsius Petri Thathumyer per ipsum ubicumque habita et
possessa porro etiam prestatus Petrus Thathumyer se et suos
successores super bonis suis omnibus hereditariis et obligatoriis
mobilibus et immobilibus inscribit et obligat presentem inscriptionem
Castrensi Premisliensi ex his actis Castrensi Premisliensi ad acta
terrestria Premisliensi ad primos vel secundos terminos terrestres